

ANTONII
POSSEVINI
E SOCIETATE
IESV

IUDICIVM,

De Nuꝝ militis Galli, Ioannis Bodini, Philippi
Mornari, & Nicolai Machiauelli quibusdam
scriptis quorum Catalogum inuenta
pagina indicabit.

ITEM

Defensio veritatis aduersus assertiones Catholice fidei
repugnantes eiusdem Nuꝝ libris aspersas, auctore
Petro Coreto Tornaci Canonicco.

ITEM

Eiusdem Antonij Possevini de Confessione Augustana,
ac num admittendi sint hæretici ad colloquium publi-
cum de fide, De Desiderio Erasmo, & secta Picardice
judicium.

Accessit index capitulorum initio prefixus, & aliis in
fine rerum omnium copiosissimus.



L V G D V N I.

APVD IOANNEM BAPTISTAM BVYSSON.

M. D. XCII.

superiorum permisso.

rate



1751 v. 1820. 9
2 T. 6 T. 1902. 3

*De Nue militis Galli scriptis, que ille Di-
scursus Politicos, & Militares inscrip-
vit.*

*De Ioannis Bodini Methodo historiae : Li-
bris de Repub. & Dæmonomania.*

*De Philippi Mornæi libro de veritate fidei
Christianæ.*

*De Nicolao Machiauello, & libro cui An-
timachiauellum nomen est.*



REVERENDISSIMO
ET CLARISSIMO VIRO
D. ANTONIO EMANVELI CHALOM
Lugdunensis Diœcesis Officiali & Vi-
cario substituto , & in Curia Lugdu-
nensi Consiliario Regio , IOANNES
BAPTISTA BUVYSSON S.

PRÆCLARA sane & magnis viris , &
sapientibus digna vox illa fuit , vir claris-
sime , ut Ne quid nimis . Quæ profecto se-
rentia , et si in omni vita ad primè utilis est ,
ut quidam ait : nescio tamen , an qua vlla
in re utilior esse posse , quam in ea vita instituto , quod nos
profitemur , vel in librorum compositione , & scriptione :
quos tam multos sine delectu , & indicio edi conspicimus ,
ut verendum sit , ne præclara librorum supplex aliquan-
do projecta vlior alga , vt alter ait , esse videatur , neque
profecto ab ibo longius . Quinam vulgo libri plausibiliores
ab aliquot annis editi sunt , quam qui à doctissimo viro ,
& religiosissimo D. Antonio Possevino (qui antequam se
religioni Societatis Iesu consecraret , & postquam in eam
est cooptatus , non modò in hac ciuitate , atque in vniuersitate
Gallia , verum etiam postea legationibus in Septentrione
aliquot perfunctus magna ubique sui zeli , & in Deum .



THEOREMA ET CAVTIO

*De Theorematibus Politicis &
Militaribus*

NVÆ GALLI.



R O D I E R A N T in lucem Theorematæ, seu disputa-
tiones Politicæ atque Mi-
litares à milite Gallo scri-
ptæ, quem Nuæ Dominum
vocant. Hic Caluinianorū
partes sequutus, cum ab
eo, qui iam regnauit, Hen-
ricus III. Gallorum Rex, in prælio ad Mogun-
tiorium captus, dimissusq; sibi aliquando tempe-
rasset à bello, in Belgiam denique cum expeditio-
ne profectus, & in manus Catholici Regis copia-
rum veniēs, cum in custodia diu detineretur, scrip-
tioni se se dedit, non tam ut falleret tempus, quām
ut tentaret (aiebat) an Galliæ res collabentes cala-
mo posset iuuare fœlicius, quām lācea fecerat. Sed
verissimum illud est, quod ait (aliam licet in rem)
Apostolus: Quidquid non est ex fide, peccatum est.
Hominem enim à Catholica fide alienum, ut recte

Gallice,
Les Discours Politiques & Militaires.

A ca,

D E
IO ANNIS BODINI
LIBRO,

de Daemonomania.



O R R O in libro de Dæmonomania, quo de Sortilegis, Magis, Lamijs copioſe agit, plura ſunt, quæ quum limam neceſſario requirant, ſententijs veracionibus ſupplenda eſſent omniho.

Et primò, quod tum de hoc, tum de libris de Repub. dici potest, quum in his omnibus Methodi ſui de historia mentionem ſæpè faciat, id prorsus expungendum eſt: quippe quæ pelliciat incautos ad tractandum librum, qui iam ipſo iure prohibitus eſt, & referrus erroribus, ut supra monſtratum eſt.

Adde vitium, quo alios libros aspergit, ut vix umquam, aut certe (ut dixi) parcissime, de C H R I S T O Dei Filio, tamquam de Salvatore, & I E S V, loquatur in retanta, quantam hęc traſtatio requirerat. Et D. quidem Paulus, paucis Epistolis ciceriter quingenties nominis I E S V reuerentissime meminit. Sciebat enim cui credebat, vnde & ſic loquebatur. Inſigniſſima item Euangeliij Bodinus loca, vbi apprimè decebat, omisit; quibus locis

C A V T I O D E I I S, Q V A E
scripsit tum Machiauillus, tum is,
qui aduersus eum scripsit
Antimachiaulum,
cui nomen haud
adscripsit.

I X I M V S alibi non defuisse Ma-
 chiauello ingenium, & acumen, sed
 defuisse pietatem, & usum rerum;
 quibus tamquam duabus aliis qui
 careat, si volatum attinet, præceps
 ruat necesse est.

De Machiauello igitur id rursus statuendum
 est, hominem fuisse, cuius consilijs qui abhibue-
 rit fidem, facillime sentiet, non ita multo post,
 quantumcumque solidum Principatum, Repu-
 blicam, Regnum, Imperium, conuelli & cadere.
 An verò poterat consilium dari pestilentius, quam
 quum Principi suadet, ut spatio alieno consilio,
 suæ ipsius prudentia innitatut? Pietatem & re-
 ligionem, quam etiam non habeat, præseferat?
 Siquid in religione falsum sit, comprobet ac fit-
 met, dum id proposito fouenda qualicumque religio-
 ni? Religionem ethnicam præferat Christianę? Do-
 ctores Christianæ religionis nihil faciat? De Ro.
 Cath. Ecclesia pessimè sentiat? Moysis auctorita-
 tem & leges, vi & armis, nō fide ac Deo nixas fu-
 se credat? Fortunæ & casui fœlicitatem, non
 vir



ILLVSTRISSIMO
NOBILISSIMO QVE DOMINO,
D. PHILIPPO DE CROY, COMITI
Sorano, Domino de Moulembais, &c. Praeto-
rianorum apud Regem Catholicum Praefecto,
ac Neuiorum Gubernatori prudentissimo.

PETRVS CORETVS S.

 V O D Hannonia nostra, cuius Illustrissi-
mus Comes insigne est columen, supra ca-
teras Belgij Provincias religionem Chri-
stianam stabilem & inconcussam hactenus
retinet, neque ad heresies inclinat, secun-
dum Deum, Reuerendissimorum Antistitum, Sacerdotum-
que ei in parrem solitudinis adiunctorum, ac deinde nobi-
lium virarum religioso studio, non temerè ascribendum
duco. Principam enim cum Sacerdotibus ad communem
salutem pia cura confirans fortissimum ac invictum Ec-
clesie Dei propugnaculum molitur: quemadmodum con-
tra facile popularis fides nutat, quoties illi heresim am-
plexantur, eiusque defensionem patrociniumque susci-
piunt. An non est manifestum quanta incrementa Ecclesia
Catholica Constantini Magni beneficio accepit: ac si-
mmi